

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gracia r  
cum fontibus proximo et primo

Pauper et creditor obuauerunt sibi,  
utriusque illuminator est Dominus. Prouerbum XXIX.  
Glossa Bede:

Pauper est humilis auditor, creditor, predicator

qui sibi obuiant cum in unam pietatis gratiam conueniunt.  
Vtriusque illuminator est Dominus,  
quia nec iste predicat, nec ille credit sine Dei munere.

Vnde sine me nichil potestis facere.

Beda in glossa.

**Pauper et et cetera.**

Pauper est humilis auditor. creditor predicator.

qui verbi peniam committit.

qui obuiant sibi cum in vnam pietatis gratiam conueniunt.  
vtriusque illuminator est dominus  
quia nec iste predicat nec ille credit sine dei munere.

Unde. Sine me nihil potestis facere.

*Glossa ordinaria, liber Prouerbiorum, 29.13 (Biblia  
Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg,  
1480).*

*Pauper et creditor obuauerunt sibi,*  
*utriusque illuminator est dominus (Prou. 29:13).*

*Pauper est humilis uerbi Dei auditor, creditor*  
*autem qui ei uerbi eiusdem pecuniam praedicando committit.*  
*Qui obuiant sibi cum in unam eandemque pietatis gratiam conueniunt.*  
*Et utriusque illuminator est dominus*  
*quia neque ille sine diuinae munere pietatis praedicare neque iste*  
*potuit credere. Veridica namque manet ueritatis sententia qua dicit:*  
*Quia sine me nihil potestis facere (Ioh. 15:5).*

*Beda Venerabilis, In proueria Salomonis, 3.29.13 (CCSL 119B,  
D. Hurst ed., p.139, ll.35-41).*